ut ſacrificaret: conuertit de
conuitantibus pluſquam qua
dringentos. Tunc almachi
us iuſſit eam in bulliente
balneo concremari. Cumque
ibi die integro cum nocte
quaſi in frigido loco man
ſiſſet. iuſſit eam in ipſo bal
neo decollari. Quam ſpicu
lator tertio ictu percuſſit. et
caput eius amputare non
potuit. et ſic eam ſemineccem
dereliquit. Que triduo ſu
peruiuens et fideles confor
tans: diuiſit eis cuncta
que habuit. R. Dum aurora fi
nem daret cecilia dixit. Eya mili
tes christi abicite opera tenebrarum.
Et induimini arma lucis. V. Ce
cilia uale dicens fratribus et exhor
tans eos ait. Eya. Gloria. Et
Et indu. Ad laudes antiene.
Cantantibus organis ceci
lia domino decantabat dicens
fiat cor meum immaculatum
ut non confundar. a. Eſt ſecre
tum ualeriane quod uolo tibi
dicere. angelum dei habeo amatorem

qui nimio zelo cuſtodit corpus
meum. a. Valerianus in cubi
culo ceciliam cum angelo orantem
inuenit. a. Benedico te pater do
mini mei ihesu christi quia per fili
um tuum ignis extinctus eſt a
latere meo. a. Cecilia famula
tua domine quaſi apis tibi argumen
toſa deſeruit. Ad benedictus antiene.
Dum aurora finem daret cecilia
exclamauit dicens eya milites
christi abicite opera tenebrarum et
induimini arma lucis. De
ſaint climent pape et martyr.
Ad magnificat antiene. Dediſti domine
habitaculum martyri tuo cleme
ti in mari in modum templi mar
morei angelicis manibus prepa
ratum iter prebens populo terre
ut enarrent mirabilia tua.
Deus qui oroiſon.
nos annua beati cle
mentis martyris tui atque
pontificis ſolemnitate leti
ficas. concede propicius ut
cuius natalicia colimus
uirtutem quoque paſſionis
imitemur. Per. Memoire de

License: public_domain – Basel, Universitätsbibliothek, Comites Latentes (Depositum des Historischen Museums Basel), CL 201, CL_201_1r – Breviarium (https://fragmentarium.ms/view/page/F-k8r7/9862/71841)